

SCRIPTA

Numéro Scripta : 739

Auteur(s) : Renaud de Milly [particulier]

Auteur(s) : Flandrie, femme de Renaud de Milly [particulier]

Bénéficiaire(s) : Cuverville-sur-Yères, Notre-Dame de Rouge-Camp, dépendance Saint-Michel du Tréport (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1248, mars

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation d'une rente de cinq sous, au prieuré de Notre-Dame de Rouge-Camp, par Renaud de Milly (Vidimus de 1389)

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CLXXXII, p. 200-202.

Dissertation critique

Mars 1247 ou 1248 (nouveau style) : Pâques tombe le 31 mars en 1247 et le 19 avril en 1248.

Texte établi d'après a

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou orront Jehan de Meiteigny, garde du seel des obligations de la baillie de Eu, salut. Savoir faisons que Jehan Roussel, clerc tabellion juré des lettres de la dicte baillie, nous a tesmongné que l'an de grace mil CCC. IIIxx. et noeuf, le IIIe jour de decembre, il vit, tint et mania unes lettres saines et entieres en escripture et seel, contenant la fourme qui ensuit :

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego Reginaldus de Milliaco et ego Flandria, uxor ejusdem, dedimus et in elemosinam perpetuam concessimus, in remissione peccatorum nostrorum et omnium predecessorum nostrorum, et pro anima Nicholay, filii nostri, monasterio Beate Marie de Rubeo Campo, et in honore beati Michaelis de Ulteriori Portu, quinque solidos, quos debet nobis Galterus Ruffus de Renertuit, monete currentis in Normannia, singulis annis, scilicet duos solidos et dimidium ad festum sancti Remigii, et duos solidos et dimidium ad Natale, quos debet nobis et heredibus nostris, et heredes sui hereditati nostre, pro duabus acris terre nostre quas tenet de nobis et heredibus nostris, et heredes sui de hereditate nostra : quarum una sita est, pro mea parte, in essarto Martini et aboutat ad nemus domini Roberti de Sancto Remigio, ex una parte, et ad terram Rogerii Maton que vocatur les Remox, ex altera, et etiam altera sita est juxta terram Walteri Ruffi, prepositi, ex uno latere, et aboutat ad terram Radulfi du Val, ex una parte ; ad quam terram teneret se predictum monasterium pro predictis quinque solidis, si dictus Galterus Ruffi vel heredes sui, aut aliquis qui dictam terram possideret, reddere contradiceret ; et liceret etiam priori predicti monasterii justitiare predictam terram pro dicto reddito et pro emenda, si non in predictis terminis dicto monasterio reddatur. Iterum concessimus dicto monasterio relevagium quodlibet predicte

terre, cum omni jure quod ibidem habemus, et heredes nostri, et quod habere de cetero poterimus ; et si dictum monasterium prioratu vel monachis vacaverit, predictus redditus, sicut dictum est supra, ad monasterium principale de Ulteriori Portu revertetur. Et quod hoc ratum et firmum perseveret, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine dignum duximus roborandam. Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VII°, mense martio ; hoc factum est in testimonium plurimorum : Radulphi, clerici de Magno Campo, et magistri Willelmi le Carpentier et R., dicti Comitis, et multorum aliorum.

En tesmoing de ce, nous avons mis a ces presentes lettres le seel des dictes obligacions, a la relacion dudit tabellion, l'an et jour dessus premiers dis.